tinet eruditionē: vt fiat nobis dominꝰ i re-
fugiū: ⁊ deus in auxiliū ſpei nr̄e: ſed etiam
ad ipiꝰ pctōris foueā ꝓficit: de quo i alio
pſalmo di: Inclinabit ⁊ cadet cū domina
bit paupeꝝ. Forte oneroſa fuit vobis lōgi
tudo ſmonis: ꝙꝙ in iſta alacritate ſtudij
vr̄i non ħ appareat. Sed ſi ita eſt ignoſcite
ſmo: qꝛ iuſſus feci: nam dn̄s deꝰ nr̄ per eoſ
mihi fratres iuſſit in q̄bus habitat: Nō eni
iubet deꝰ: niſi de ſede ſua. Deinde qꝛ tātū
auidi fuiſtis nr̄i: cōfitemur ⁊ nos auidi fui
mus vr̄i. Conſolet̄ ḡ deus nr̄ iſtū laboreꝫ:
vt ſudoꝛ iſte nr̄ ſit vobis in ꝓfectū ſalutiſ:
nō in teſtimonium accuſatiōis. Hoc dico
fr̄es: vt ex eo qd̄ audiſtis: ꝓficiatis ⁊ rumi
netis vobiſcū. Non vos ꝑmittatis obliui-
ſci: non ſolū iſta recogitādo ⁊ colloquēdo:
ſꝫ etiam ita viuēdo. Bona vita eni ex p̄ce-
ptis dei que agit̄: tanꝙ ſtilus eſt: qd̄ audi-
tur ſcribēs i coꝛde: ſi in cera ſcriberet̄: faci-
le deleret̄: Scribite illud in coꝛdibus vr̄iſ:
moꝛibus vr̄is: ⁊ nunꝙ delebit̄.

Explicit Tractatus de pſ̄: XCIII.

Incipit Tractatus de pſ̄. XCIIII.

Ego vellem fratres: vt p̄rem noſtrū
potius audiremꝰ: ſed ⁊ ħ bonū eſt:
vt patri obediamꝰ. Quia ergo iuſ-
ſit nobis qui dignat̄ oꝛare ꝓ nobis de p̄e
ſenti pſalmo: qd̄ dn̄s deꝰ oīm nr̄m donare
dignabit̄: loquar caritati vr̄e. Eſt auteꝫ
pſalmi titulꝰ. Laus cātici ipi Dauid.
Laus cātici ⁊ hilaritatē ſignificat: qꝛ cantꝰ
eſt: ⁊ deuotionē: qꝛ laus eſt. Quid eni ma
gis hō debet laudare: ꝙ id qd̄ ſic placꝫ vt
nō poſſit diſplicere: Securitas ḡ laudis i
laude dei eſt. Ibi laudatoꝛ ſecurus ē: vbi
nō timet ne de laudato erubeſcat. Et lau-
demꝰ ergo ⁊ cantemus: hoc eſt cū hilarita
te ⁊ cū leticia laudemꝰ. Quid aūt laudatu
ri ſumꝰ: ipe pſalmus ſequētibus verſibus
indicat nobis. Expoſitio pſalmi.

Venite exultemꝰ dn̄o. Inuitat
ad magnas epulas exultādi: nō ſe-
culo: ſꝫ dn̄o. Niſi enim eſſet in ħ ſe
culo exultatio mala q̄ diſtinguenda eſt ab
exultatiōe bona: ſufficeret dicere: Venite
exultemꝰ. Sed breuit̄ diſtinxit. Quid ē be
ne exultare: Dn̄o exultare. Ergo exultatō
mala: eſt exultare ſeculo. Exultatio bona ē
exultare deo. Hic debes dn̄o exultare: ſi
vis ſecurus mūdo inſultare. Quid ē autē
venite: Vn̄ vocat vt veniant: cū q̄bꝰ vult
exultare dn̄o: niſi qꝛ longe ſunt: vt venien
do ꝓpinquēt: ꝓpinquando accedāt: acce-
dendo exultent: Vn̄ aūt longe ſunt: Nun-
q̄d locis longe pōt hō eſſe ab eo q̄ vbiꝙ ē:
Vis eſſe ab eo lōge: Quo ibis vt lōge ſis:
Nam q̄dā pctoꝛ q̄dē: ſꝫ tn̄ cum ſpe ſalutis
penitēs ⁊ dolēs de peccatis: ⁊ metuēs irā
dei: ⁊ volēs placare deum: ſic in alio pſal-
mo loquit̄. Quo ibo a ſpū tuo: ⁊ quo a fa-
cie tua fugiam: Si aſcēdero in celuꝫ: tu ibi
es. Quid ḡ reſtat: Qꝛ ſi aſcēderit in celū:
ibi inueniet deū. Vt longe fugiat a deo q̄
iturus ē: Vide q̄d dicat: Si deſcēdero ad
infernū ades. Si ḡ aſcēdēdo in celū ibi in
uenit deū: deſcēdēdo ad infernum nō fu-
git deū: quo iturꝰ eſt: quo fugiturꝰ ē ab illo
irato: niſi ad ipm placatū: Et tn̄ cum oīno
nēo poſſit fugere ab illo q̄ vbiꝙ ē: niſi qui-
daꝫ lōge eſſent a deo: nō diceret̄: Populꝰ
iſte labijs me honoꝛat: coꝛ aūt eoꝝ longe
ē a me. Nō ḡ loco quiſꝙ lōge ē a deo: ſed
diſſimilitudine. Quid eſt diſſimilitudine:
Mala vita: malꝭ moꝛibꝰ. Si eni bonis mo
ribus ꝓpinquat̄ deo: malꝭ moꝛibꝰ recedit̄ a
deo. Vnꝰ ḡ idemꝙ hō coꝛpe ſtās vno lo-
co ⁊ amādo deū: accedit ad deū: ⁊ amādo
iniq̄tatem: recedit a deo. Nuſꝙ pedes mo
uet: ⁊ tn̄ pōt accedere ⁊ recedere. Pedes
eni nr̄i in ħ itinere: affectꝰ nr̄i ſunt. Prout
q̄ſꝙ affectū habuerit: ꝓut q̄ſꝙ amoreꝫ ha
buerit: ita accedit vꝭ recedit a deo. Nonne
pleruꝙ dicimꝰ qn̄ inuenimus aliq̄ diſſilia:
hoc longe eſt ab illo: Qn̄ aliq̄s duos foꝛte
hoīes cōpamus: duos eq̄s: duas veſteſ: ⁊
dixerit aliq̄d ſil'e: Hec veſtiſ talꝭ ē qualꝭ illa:
aut iſte hō talꝭ ē qualꝭ ille: quid aliꝰ dicit q̄ ꝫ
dicit: Abſit: longe ē ab illo. Quid ē lōge ē
ab illo: Diſſimilꝭ ē illi. Et iuxta ſtāt: ⁊ tamē
iſte lōge ē ab illo. Duo v̄o iniq̄ pares vita
⁊ moꝛibꝰ: ſi ſꝫ vnꝰ ſit in oꝛiente: alt̄ in occidē-
te: iuxta inuicē ſunt. Et duo iuſti ſint: alter
ſit in oꝛiēte alter in occidēte: ſecū ſunt: qꝛ i
deo ſunt. Cōtra vnus iuſtus: alt̄ iniquus:
etiā ſi vna catena ligent̄: multum a ſe ſepati
ſūt. Ergo ſi diſſimilitudīe recedimꝰ a deo:
ſimilitudīe accedimꝰ ad deū. Qua ſilitudi
ne: Ad quā facti ſumꝰ: quā in nob̄ peccan
do coꝛruperamꝰ: quā pctōꝝ remiſſione re-
cepimꝰ: q̄ in nobis renouat̄ intꝰ in mēte: vt
tāꝙ reſculpat̄ in nūmo: id ē i aīa nr̄a ima-
go dei nr̄i: ⁊ redeamꝰ ad theſauroſ eiꝰ. Nā
⁊ inde fr̄es de nūmo voluit dn̄s nr̄ Jeſus
chriſtꝰ oſ̄dere tēptatoribꝰ ſuis: q̄d querat
deus. Quādo enim de tributo ceſaris q̄rē
tes cauſam calūnie: conſulere mḡm veri-
tatis voluerunt: ⁊ conſulendo temptare:

vtrū liceret tributū dari ceſari: qđ ille ait: Quid me tēptatꝛ hypocrite? Petit afferri ſibi nūmū: ⁊ allatus ē. Cuius hꝫ inq̄t imaginē? Reſpōderūt: Ceſaris. Et ille. Reddite ḡ ceſari q̄ ceſaris ſunt: ⁊ deo q̄ dei ſūt. Tanq̄ꝫ diceret: Si ceſar q̄rit in nūmo imaginem ſuā: deus nō q̄rit in hoīe imaginem ſuā? Ad hanc ſimilitudinē nos dñs noſter Jeſus chriſtus inuitans impat nob: vt noſtros etiā inimicos diligamꝰ: ⁊ dat exēplū de ipſo deo: Sicut pr̄ veſter ait q̄ in celꝭ eſt: qui ſolem ſuum oriri facit ſup bonos ⁊ malos: ⁊ pluit ſup iuſtos ⁊ iniuſtos. Eſtote ḡ ſicut pr̄ veſter pfecti. Cū dicit: eſtote ſicut ille pfecti: ad ſimilitudinē nos inuitat. Si ḡ ad ſimilitudinē nos inuitatꝛ: cōſtat quia diſſiles exiſtendo receſſeramꝰ a deo: ⁊ facti eramꝰ longe p diſſimilitudinē: ⁊ efficimur ppe p ſimilitudinē: vt iam fiat in nobis qđ ſcriptū ē: Accedite ad eū ⁊ illuminamini. Ergo q̄buſdam longe poſitis ⁊ male viuētibus pſalmus iſte dicit: Venite exultemꝰ dño. Quo itis? Quo receditis? Quo diſceditis? Quo fugitis: exultādo mūdo? Venite exultemꝰ dño. Quo itis exultare vbi deficitis? Venite exultemꝰ in illo a quo facti ſumus. Venite exultemꝰ dño. **Jubilemus deo ſalutari nr̄o.** Quid ē iubilare? Gaudiū v̊bis non poſſe explicare: ⁊ tn̄ voce teſtari qđ corde ꝯceptum eſt ⁊ v̊bis explicari non pōt: hoc eſt iubilare. Nā cōſideret caritas vr̄a: q̄ iubilant in cantilenis q̄buſq̄ꝫ ⁊ q̄ſi in certamīe q̄dam leticie ſecularis: ⁊ videtis quaſi intꝛ cantica verbis expſſa exundantes leticia: cui lingua dicēdo nō ſufficit quemadmodū iubilent: vt p illam vocem indiceꝛ animi affectus verbis explicare nō valentis qđ corde conſpiciꝛ. Si ḡ illi de gaudio terreno iubilāt: nos de gaudio celeſti iubilare nō debemꝰ qđ vere

Alia lr̃a ꝑoccupemus

v̊bis explicare nō poſſumus? ¶ †**Preueniamus faciē eius in confeſſione.** Cōfeſſio q̄dem duobus modis accipiꝛ in ſcripturis. Et confeſſio laudantis ē: ⁊ confeſſio gementis. Cōfeſſio laudantis ad honorem ptinet eius qui laudaꝛ. Cōfeſſio gementis ad pniam ptinet eius qui confiteꝛ. Confitenꝛ enī hoīes cū laudāt deū: confitenꝛ cū accuſant ſe: ⁊ nihil dignꝰ facit lingua. Vere puto ꝙ ipſa ſint vota: de q̄bꝰ dicit in alio pſalmo: Reddā tibi vota mea q̄ diſtinxerūt labia mea. Nihil iſta diſtictiōe ſublimꝰ: nihil tā neceſſariū ⁊ ad itelligēdū ⁊ ad faciendum. Quō ḡ diſtiguis vota q̄

reddis deo? Vt illū laudes: te accuſes: qꝛ illiꝰ eſt miſcdia vt pctā nr̄a dimittat. Nā ſi vellet ꝓ meritis agere: nō inueniret niſi q̄s dānaret. Venit ḡ docēs vt recedamꝰ iā a peccatis nr̄is: ⁊ nō nobiſcū deducat rationem de pteritis: ſꝫ tanq̄ꝫ tabule noue fiant: incenſis oībus chirographis debitoꝝ nr̄orū. Quanta ḡ illiꝰ laus: q̄ꝫta miſcdia? Cōfiteamur itaq̄ꝫ laudātes. Nā ſi ſp confeſſio penitētis eſſet: non diceretꝛ in euāgelio de ipſo dño: In illa hora exultauit Jeſus i ſpiritu ſancto ⁊ ait: Confiteor tibi pr̄ dñe celi ⁊ terre q̄ abſcondiſti h̄ a ſapiētibꝰ ⁊ prudētibus: ⁊ reuelaſti ea puulis. Nūqđ qꝛ chriſtus cōfitebaꝛ penitēs erat? Illū nihil penitere poterat: qꝛ nihil culpabiliꝛ fecerat: ſed ꝯfitebaꝛ in laude pr̄is. Ergo qꝛ ⁊ h̄ exultationis locus ē: forte illā debemꝰ intelligere ꝯfeſſionē q̄ ē in laude dei: vn̄ ⁊ laus cantici: vt nō hic intelligamꝰ cōfeſſionē penitentiū: ſꝫ laudantiū. Et qđ eſt qđ ꝯtinuo nos admonet de q̄dā ꝯfeſſione cū ait: Preueniamus faciem eiꝰ in cōfeſſiōe? Quid eſt. Preueniamꝰ faciē eiꝰ in ꝯfeſſiōe? Vētur ē: preueniamꝰ faciem eius in cōfeſſiōe pus anq̄ꝫ veniat. Nos ꝯfitendo dānemꝰ qđ fecimꝰ: vt ille qđ coronet: nō qđ damnet iueniat. Nunqđ aūt ⁊ h̄ nō ptinet ad laudem dei qn̄ cōfiteris pctā tua? Immo v̊o maxime ptinet ad laudē dei. Quare maxīe ptinet ad laudem dei? Quia tāto amplꝰ laudaꝛ medicus: q̄ꝫto plus deſperabiꝛ egrotꝰ. Cōfitere itaq̄ꝫ pctā tua: quo magis deſperabas de te ꝓpter iniq̄tates tuaſ. Tāto enī maior laus ē ignoſcētis: q̄ꝫto maior exaggregatio eſt pctā cōfitentis. Non ergo putemus nos receſſiſſe a laude cātici: ſi iaꝫ h̄ confeſſionē intelligimꝰ q̄ cōfitemur peccata nr̄a. Et h̄ ad laudē cātici ptinet: qꝛ cum pctā nr̄a cognoſcimꝰ: dei gr̄iam cōmendamuſ: Preueniemꝰ faciē eius in ꝯfeſſione.

Alia lr̃a tei

Et in pſalmis iubilemus †**illi.** Jam diximꝰ quid ſit iubilare: repetitū eſt vt cōfirmeꝛ in faciendo. Ipſa repetitio exhortatio eſt. Nō enī iam obliti ſumus: vt iā moneri nos velimuſ: q̄ dicta ſunt ſupius vt iubilemus: ſed plerūq̄ꝫ in affectu animi repetitur v̊bum qđ notū erat: nō vt innoteſcat: ſed vt ipſa repetitio faciat confirmationeꝫ. Repetiꝛ enim ad intelligendū affectuꝫ dicētis. Inde ē qđ dicit dñs: Amē amē dico vob. Sufficiebat amē vnū: Quare amen amē: niſi qꝛ ipſa repetitio cōfirmatio ē? In pſalmis ergo inquit: Jubilemꝰ ei. Et que

dicimus in pſalmis: Que dicim⁹ vl' poti⁹
ſentiem⁹ in iubilatiōe: Que ſunt q̄ ptinent
Alia lra ad laudem cātici hui⁹: Iā audite. Qm
non habet deus magn⁹ †eſt dn̄s: ⁊ rex magn⁹
ſup omēs deos. Propterea ḡ iubile-
Alia lra mus illi. Qm non repellet dn̄s ple-
†Quia bem ſuā. Jubilem⁹ illi. Qm in ma
†ſunt oēs nu ei⁹ †fines terre: ⁊ altitudies mo
tium ipſius ſunt. In his oibus iubile-
Alia lra mus illi. Qm ipſius eſt mare ⁊ ipſe
†ſiccam fecit illud: ⁊ †aridā †terrā man⁹ eius
non habet †finxerunt. Jubilemus illi. Sʒ h̄ omia q̄
†emauerūt ſibi velint: ſi congruenter diſcutienƭ tēpus
forte non ſufficit: ſed rurſus ſi penit⁹ negli-
ganƭ: debitores remanebim⁹. Breuiƭ ita-
q̄ ꝓ tpe: q̄tum pſtringere potuerim⁹ acci
pite: q꞉ ⁊ pauca ſemina vberrimā meſſem
referūt ſi ſit terra fructifera. Primū q̄re iu
bilemus: q̄re laudemus h̄ poſuit: Quoniā
deus magn⁹ eſt dn̄s: ⁊ rex magn⁹ ſup oēs
deos. Sunt ḡ dij ſup quos magnus ē de⁹
nr̄: cui iubilamus: cui exultam⁹: cuius lau
des cātici dicim⁹: Sūt ƀ nō ſūt nob. Apl's
eni ait: Naʒ ⁊ ſi ſunt qui dicunƭ dij ſiue in
celo ſiue in terra: quemadmodum ſunt dij
mlti ⁊ dn̄i mlti: nobis tn̄ vnus de⁹: ex quo
oīa ⁊ nos p ipm: ⁊ vn⁹ dn̄s nr̄ Jeſus chri-
ſtus: p quem oīa ⁊ nos in ipo. Si ḡ nō no-
bis: q̄bus: Audi ex alio pſalmo: Quoniā
dij gētiū demonia: dn̄s aūt celos fec. Ma
gnificenti⁹ ⁊ breui⁹ tibi cōmendare nō po-
tuit ſpūſſanct⁹ p ꝓphetā deū ⁊ dn̄m tuuʒ.
Parū eni erat: q꞉ terribil' ſup omia demo-
nia deus. Quid magnū eſſet ſup omia de
monia: Quia dij gētiū demonia. Ubi ē āt
deus tuus: Dn̄s aūt celos fecit. Illud fe-
cit dn̄s tuus: vbi nō poſſent habitare de-
monia. De cel' eni deiecta ſunt demonia.
Celi p̄ponunƭ demonijs: dn̄s tuus ⁊ celis:
q꞉ dn̄s tu⁹ ⁊ celos fecit. Qt̄o ḡ altior a de
monijs dijs gentiū q̄ altior eſt cel' vn̄ ceci-
derunt angeli: vt fierēt demonia: Et tn̄ gē-
tes omēs ſub demonib⁹ erāt. Demonibuſ
aūt tēpla fabricata ſunt: demonib⁹ are cō-
ſtructe: demonib⁹ ſacerdotes inſtituti: de-
monib⁹ oblata ſacrificia: demonibus are-
ptitij tanq̄ȝ vates inſtituti. Hec oīa demo
nibus gētes exhibuerūt: hec oīa vera non
niſi vni magno deo debenƭ. Templū fece
runt gentes demonib⁹: hʒ de⁹ tēplum. Sa
cerdotes fecerūt gentes demonib⁹: habet
de⁹ ſacerdotes. Sacrificiū exhibuerūt gē-
tes demonib⁹: hʒ deus ſacrificiū. Eteni il-
li demones volētes videri dij: nō ſibi iſta

exegerūt vt fallerēt: niſi q꞉ ſciunt ea deberi
vero deo. Hoc enim mos eſt deberi vero
deo: qd̄ ſibi exigit falſus de⁹. Ergo verum
templū dei agnoſcam⁹: Templū eni dei ſā
ctum ē inq̄t qd̄ eſtis vos. Si ḡ nos ſumus
templū dei: ara dei aīa nr̄a eſt. Sacrificiū
dei qd eſt: Forte h̄ facim⁹ mō. Imponim⁹
in ara ſacrificiū: qn̄ deū laudam⁹. Docet
eni nos pſalm⁹ dicēs: Sacrificiuʒ laudis
honorificauit me: ⁊ ibi via eſt vbi oſtendā
illi ſalutare dei. At vō ſacerdotem ſi requi
ras ſup celos ē: interpellat ꝓ te q̄ i t̄ra mor
tuus ē ꝓ te. Ergo de⁹ magn⁹ ē dn̄s: ⁊ rex
magn⁹ ſup oēs deos. Hic accipe homies
deos: nō eni rex dn̄s ſup demonia. Et hic
habem⁹ ſcripture teſtimoniū: De⁹ ſtetit in
ſynagoga deoꝝ: in medio aūt deos diſcer
nit. Deos dixit ꝑticipatione: non natura:
gr̄a q̄ voluit facere deos. Quāt⁹ de⁹ eſt q̄
facit deos: Aut q̄les dij ſunt q̄s facit hō:
Qz ille magn⁹ deos faciēdo: taʒ iſti nihil q̄
ab hoīe facti ſunt. De⁹ verus fac deos cre
dētes in ſe: q̄bus dedit ptātē filios dei fie
ri. Et ideo ipſe ver⁹ de⁹: q꞉ deus nō factus
ē: nos aūt facti non veri dij: meliores tn̄ ill'
quos hō facit: Qn̄ ſimulachra gētium ar
gentū ⁊ aurū: opus manuuʒ hoīm: os hn̄t
⁊ nō loquenƭ: oculos hn̄t ⁊ nō videbunt.
Nobis aūt de⁹ nr̄ oculos videntes fec: ne
q̄ in eo tn̄ nos deos fecit: q꞉ vidētes ocu-
los nobis fecit: nam fecit h̄ ⁊ pecorib⁹. Sʒ
iō nos de⁹ fecit: q꞉ interiores oculos nr̄os
illumiauit. Ergo ſit laus illi: ꝯfeſſio illi: ſit
iubilatio illi: q꞉ magnus eſt dn̄s: ⁊ rex ma-
gnus ſup oēs deos: q꞉ nō repellet dn̄s ple
bem ſuā: laus illi: iubilatio illi. Quā plebē
n̄ repellet: Hic nob inꝑ̄tari aliq̄d nō licet:
p̄ſcriptū habem⁹ ab aplo: expoſuit h̄ apl's
vn̄ ſit dictuʒ. Erat eni plebs iudea: plebs
vbi fuerunt ꝓphe: plebs vbi fuerunt patri
arche: plebs etiā ſm carnē ꝓpagata de ſe-
mie Abrac: plebs in q̄ p̄ceſſerūƭ oīa ſacrā
ſaluatorē nr̄m ꝓmittētia: plebs vbi inſtitu
tum ē templū: vnctio: ſacerdos ad figurā:
vt cū oēs ipſe vmbre p̄terirēt: ipſa lux adue
niret. Erat ḡ iſta plebs dei: ad eaʒ ꝓphete
miſſi in illa nati: qui miſſi ei tradita ⁊ credi
ta eloquia dei. Quid ḡ: Totū illud dāna-
tum eſt: Abſit. Arbor oliue ipſa dicta ē ab
aplo. Cepit eni iſta arbor a pr̄iarchis: ſed
fuerūt ibi rami aridi: q꞉ nimis alti p ſuper-
biam: p̄ciſi ergo ꝓpter ſterilitatē: inſ̄t⁹ olea
ſter propter humilitateʒ. Uerūtamen cha
riſſimi ne ſuperbiret oleaſter inſertus: qd

ait apl's: Si tu ex naturali inciſus oleaſtro
⁊ ꝯ naturã inſertus es in bonã oliuã: q̃to
magis qui ſcḋm naturã ſunt inſerent̃ ſue oli-
ue. Et quõ tu nõ ꝑmanens in infidelitate
meruiſti inſeri in oliuã cum eſſes oleaſter.
Sic iſti correcti faciliuſ ſue oliue naturali-
ter inſerant̃. Hoc de illis apl's. Ergo ipã ẽ
arbor: etiam ⁊ ſi aliqui ex ramis fracti ſũt:
nõ omẽs. Nam ſi oẽs rami frangerent̃: vñ
Petrus: Vñ Johẽs: Vñ oẽs illi apoſto-
li: Vñ ipe Paulus apl's q̃ loquebat̃ ⁊ ſuo
fructu oliue teſtabat̃: Nõne iſti oẽs inde:
Vñ etiam quingenti illi fratres: q̃bus dñs
poſt reſurrectionez apparuit: Vñ tot milia
ad vocem Petri qñ ſpũſancto repleti apl̃i
oĩm gentilium linguis locuti ſunt: Tanta
auiditate dei laudis ⁊ ſue accuſatiõis con
uerſi ſunt: vt q̃ ꝑmo ſanguinez dñi fuderũt
ſeuiẽtes: bibere diſcerẽt iam credẽtes. Sic
aũt omĩa illa conuerſa ſunt milia hoim: vt
res ſuas venderẽt: ⁊ p̃cia rerũ ſuaꝝ añ pe-
des aplõꝝ ponerent: Qd diues vn⁹ nõ fe
cit qñ ore dñi audiuit: ⁊ a dño triſt̃ abſceſ
ſit: Hoc fecerũt ſubito tot milia eorum ho
minũ: in quoꝝ manibus chriſt⁹ fuerat cru-
cifixus. Q̃to maius vulnus erat in corde
ipoꝝ: tanto auidius medicũ q̃ſierũt. Cum
g̃ inde illi oẽs fuerũt: de ipis dicit mõ pſal
mus: Qm̃ nõ repellet dñs plebem ſuam.
Nam h̃ teſtimonio pſalmi cũ hinc legeret̃:
vſus eſt apl's ⁊ dixit: Quid g̃ dicem⁹ fra-
tres: Nunq̃d deus repulit plebẽ ſuã quaz
p̃ſciuit: Abſit. Nã ⁊ ego iſraelita ſum ex ſe
mine Abrae de tribu Beniamin: Nõ rep
pulit de⁹ plebem ſuã quã p̃ſciuit. Etiq̃ ſi
repelleret dñs plebem ſuã: nõ eſſet vñ eſſz
ipe apl's. Unde aũt ipe: ⁊ inde alij. In his
plebs dñi nõ in oibus: ſed quẽadmodum
ſcriptũ eſt: Reliq̃e ſalue erũt: Nõ in oib⁹:
ſ; i area vẽtilata maſſa itromiſſa ẽ: palea ia
cet. Totũ q̃cq̃d vides iudeoꝝ reproboruz
paleam videſ. Vñ vides iſtã paleã: Iã in
de exijt maſſa: iam in horreo recõdita eſt:
Ambas res videam⁹: ambaſ diſcernam⁹.
Quid pſalm⁹ adiũgit: Qm̃ in manu ei⁹ fi
nes t̃re: Agnoſcim⁹ lapidẽ angularẽ. La-
pis augularis chriſtus. Nõ põt eſſe angu
lus niſi duos in ſe copulauerit ꝑietes. Ad
angulũ de diuerſo veniũt: ſ; in angulo ſibi
non aduerſant̃. Venit ex vna ꝑte circũci-
ſio: veit ex alia ꝑte p̃putiũ. In chriſto am
bo ppl̃i concordauerũt: q: ille fact⁹ ẽ lapis
de quo ſcriptũ eſt: Lapidẽ quẽ reprobaue
rũt edificantes: h̃ fact⁹ ẽ in caput anguli.

Si g̃ chriſt⁹ in caput anguli: nõ attẽdamuſ
diuerſitatẽ delonge veniẽtiũ: ſ; ꝓpinq̃ta-
tẽ in chriſto coherẽtiũ. Ibi igit̃: ibi videa-
mus: qm̃ nõ repellet dñs plebẽ ſuã. Ecce
vnus paries in quo iam vt dixim⁹ non re-
pulit dñs plebẽ ſuã. Inde apl̃i: inde iſrae-
lite oẽs qui crediderũt ac venditarũ reruz
ſuaꝝ p̃cia añ pedes aplõꝝ poſuerũt: volũ
tate pauperes: de deo diuites. Agnouimus
vnũ parietẽ: impletũ eſt ibi quod dixim⁹:
Quia nõ repellet dñs plebẽ ſuam. Videa
mus ⁊ aliũ parietẽ: Qm̃ in manu ei⁹ fines
terre. Ecce ali⁹ paries. In oibus gentib⁹
in manu ei⁹ fines terre. Venerũt etiaz oẽs
gẽtes ad lapidẽ angularẽ: ibi oſculum pa
cis agnouerũt: in illũ vnũ qui de duob⁹ fe
cit vnũ: nõ quemadmodũ heretici qui de
vno fecerũt duo. Hoc eni idem ait aplus
de dño chriſto. Ipe eſt eni inquit pax nr̃a
qui fecit vtraq̃ vnũ. Ergo iubilemus illi.
Quare: Quia nõ repellet dñs plebẽ ſuã.
Iterũ quare: Qm̃ in manu eius fines ter-
re: ⁊ altitudines montiũ ipius ſunt. Altitu
dines montiũ: ſublimitates terraꝝ. Aliq̃n
iſte ſublimitates: id eſt ipe terrene poteſta-
tes aduerſate ſunt eccl'ie. Leges ꝯ eccleſiã
promulgauerunt: nomen chriſtianum de
terra delere conati ſunt. Sed poſtea q̃ im
pletum eſt quod prophetatum eſt: Adora
bunt eum omẽs reges terre: factum eſt qḋ
hic dictũ eſt: Altitudines montium ipius
ſunt. Sed forte tu de temptationib⁹ ſata-
gis: vt cõſtitutus in tanta g̃ra ꝓmiſſionuz
dei ꝓpter ſcandala mũdi turberis. Nec ip
ſa ſcandala aliq̃d tibi faciũt: qm̃ mẽſuram
a dño acceperũt: qm̃ ipi⁹ eſt mare. Eſt eni
mare mũdus iſte: ſ; ⁊ mare de⁹ fecit. Nec ſe
uire fluctus pñt: niſi vſq̃ ad litus: vbi ipe
terminũ poſuit. Nulla g̃ temptatio: niſi ac
ceperit menſurã a dño. Sint g̃ temptatio-
nes: ſint tribulatiões: cõſummaris eis nõ
ꝯſumeris. Vide vtrũ ipe temptatiões nõ
ꝓſint: Attẽde aplm̃: Fidel' deus q̃ nõ vos
ſinat tẽptari ſupra q̃ poteſtis ferre: ſ; faci-
at cũ tẽptatiõe etiã exitũ vt poſſitis ſuſtine
re. Nõ ait: nõ vos ſinat temptari oino: Si
eni recuſares tẽptationem: recuſares refe-
ctionẽ. Ergo reficeris: ⁊ ſi reficeris i mani-
bus artificis es. Aliq̃d tibi tollit: aliq̃d cor
rigit: aliq̃d cõplanat: aliq̃d mundat. Agit
q̃buſdã ferramẽtis ſuis. Ipa ſunt ſcãdala
hui⁹ ſeculi: tu tñ de manu artificis noli ca
dere. Nihil tẽptatiõis accidet vltra vires
tuas. Hoc ꝑmittit de⁹ ad vtilitatez tuã vt

tu poſſis ꝑficere. Deniqȝ ipm aplm audi
hoc ꝯiūgentē: Sȝ faciet cū tēptatiōe etiam
exitū: vt poſſitis ſuſtinere. Ergo mare forte
metuendū tibi erat: noli timere: qm̄ ipius ē
mare ⁊ ipe fecit illud. A gentibꝰ times ſcan
dala: ⁊ ipas gētes ipe fecit: nō ꝑmittet illas
vltra ſeuire ꝗ̄ nouit ille menſurā ex q̄ ꝑfi-
cias. Nōne dicit aliꝰ pſalmꝰ: Oēs gentes
quotq̄t feciſti veniēt ⁊ adorabūt corā te do
mine: Si oēs gentes quotq̄t feciſti: manife
ſtū eſt: qꝛ et gentes ipe fecit. Jdeo ipius eſt
mare et ipſe fecit illud ⁊ aridā terrā manus
eiꝰ fundauerūt. Eſto tu arida terra: ſiti gra
tiā dei vt veniat ſuꝑ te imber dulcis: inue-
niat in te fructū: Nō ꝑmittit fluctus opire
qđ ſeruit: ⁊ aridā terrā manꝰ eius finxerūt.
Ergo ⁊ hinc iubilemus illi. Nā qm̄ hec ita
ſunt: qm̄ tanta explicauimus ad laudē dei
Alia lr̃a. ꝑtinentia: redite ad illud vñ cepat. ¶ Ve
† nō habet. nite adoremꝰ ⁊ ꝓcidamꝰ †ei: ⁊ plo-
remus ante dñm q̄ fecit nos. Jđ em̄
exultemus: qꝛ fecit illud ⁊ illud: ⁊ cōmemo
rauit multa: ⁊ nūc repetit exhortatiōȝ: Ve-
nite adoremꝰ ⁊ ꝓcidamꝰ ei: ⁊ ploremꝰ ante
dñm q̄ fecit nos. Jam cōmemoratis a me
laudibꝰ dei: nolite pigri eſſe: ⁊ longe vita ⁊
moribꝰ ſtare: Venite adoremꝰ et ꝓcidamꝰ
ei. Sed forte pro peccatis veſtris que vos
lōge fecerant a deo ſolliciti eſtis: faciamus
ſequētia: ⁊ ploremꝰ corā dño qui fecit nos.
Ardes forte cōſcientia delicti: lachrymis
ēxtigue flammā peccati: plora añ dominū:
ſecurus plora añ deū qui te fecit. Non em̄
opus manuū ſuarū cōtemnet i te: Noli pu
tare: qꝛ potes a te refici: A te deficē potes.
Jlle reficit qui te fecit. Ploremꝰ añ dñm q̄
nos fecit. Lachrymare añ illū: cōfitere illi:
ꝑueni faciē eius in cōfeſſione. Quis em̄ es
tu qui illi ploras: et illi cōfiteris niſi quē fe-
cit: Nō parue fiducie eſt ad factorē res fa-
cta: ⁊ nō quōcunqȝ facta: ſed ad imaginē ⁊
ſimilitudinē ipius. Venite adoremꝰ ⁊ ꝓci-
Alia lr̃a. damꝰ ei: ⁊ ploremꝰ ante dñm qui fecit nos.
† Quia ¶ †Qm̄ ipe eſt dñs deꝰ noſter: Vt aūt
Alia lr̃a. ſecuri añ illū ꝓcidamꝰ ⁊ ploremꝰ: nos quid
† Et ſumus: ¶ †Nos †aūt populꝰ paſcue
† nō habȝ. eius: ⁊ oues †manuū eius. Vide ꝗ̄
† manus. eleganter verboꝝ ordinē cōmutauit: ⁊ tan-
ꝗ̄ nō ꝓpria reddidit vt ipas intelligamus
oues qui ſunt ⁊ populi. Nō dixit oues pa-
ſcue ⁊ ꝓplus manuū eiꝰ: qđ magis putabat
poſſe cōgruere: qꝛ oues ad paſcua ꝑtinēt:
ſed ait ꝓplus paſcue. Ergo ꝓplus oues ſūt:
qꝛ dicit ꝓplus paſcue eius: ipſe ꝓplus oues

ſunt. Sed rurſus: qꝛ nos habemꝰ oues q̄s
emimus nō quas fecimꝰ. Dixerat aūt ſuꝑ
rius: ꝓcidamꝰ ei qui fecit nos: recte dictuȝ
eſt: oues manuū eius. Nullꝰ hoīm ſibi fa-
ciet oues: Emere pōt: donari pñt: inuenire
pōt: aggregare pōt: poſtremo furari pōt: fa
cere oues nō poteſt. At vo dominꝰ noſter
fecit nos: ideo ꝓplus paſcue eiꝰ: ⁊ oues ma
nuū eius: ipſi ſunt: quas ſibiipſe facere di-
gnatꝰ eſt grã ſua. Has eteni oues laudat ⁊
i canticis canticoꝝ ꝑfectos quoſdā dicens
tanꝗ̄ dentes eccl̃ie ſancte ſpōſe ſue. Den-
tes tui ſicut grex detonſarū aſcendentiū de
lauachro q̄ geminos pariūt: et ſterilis nō ē
in illis. Quid eſt dentes tui: Per quos lo-
queris. Dentes em̄ eccl̃ie per quos loquit̃
eccleſia. Quales dentes tui: Tanꝗ̄ grex
detonſarū. Quare detonſarū: Quia ſarci-
nas ſeculi depoſuerūt. Nōne detonſe erāt
oues ille: de quibꝰ pauloante dicebā: quos
p̄ceptū dei totonderat dicētis: Vade ven-
de omnia tua: ⁊ da paupibꝰ: ⁊ habebis the
ſaurū in celis: ⁊ veni ſequere me: Fecerunt
hoc p̄ceptū: detonſi venerūt. Et qꝛ bapti-
ȝati ſunt credētes in chriſtū: quid ibi dicit̃:
Aſcendentiū de lauachro: id eſt aſcenden
tiū de mūdatiōe: et omnes gemios creant.
Quos gemios: Duo illa p̄cepta in quibꝰ
tota lex pendet ⁊ ꝓphete. Nos ergo ꝓplus Alia lr̃a.
paſcue eiꝰ: ⁊ oues manuū eius. ¶ †Ergo † nō habet.
hodie ſi vocem eius audieritis: O
plebs mea: o plebs dei. Alloquit̃ plebem
ſuā deus: nō ſolū illā plebē ſuā quā nō re-
pellit: ſed etiā omnē plebē ſuā. Loquit̃ eniȝ
in angulo vtriqȝ parieti: id i chriſto ꝓphe-
tia loquitur: ⁊ ꝓplo iudeorū: ⁊ ꝓplo gentiū.
Hodie ſi vocē eiꝰ audieritis ¶ Nolite ob
durare corda veſtra. Aliqñ em̄ audi-
ſtis vocem illius ꝑ Moyſen: ⁊ obduraſtis
corda veſtra. Per p̄conem locutus eſt: qñ
obduraſtis corda vr̃a: ꝑ ſe nūc loquit̃ mol
leſcant corda vr̃a. Qui p̄cones ante ſe mit
tebat: ipe venire dignatꝰ ē. Ore ſuo hic lo-
quit̃ qui loquebat̃ ꝑ ora ꝓphetarū. Hodie
ergo ſi vocē eius audieritis: nolite obdura
re corda veſtra. Quare dixiſti: nolite obdu
rare corda vr̃a: Quia meminiſtis q̄d ſole-
ant facē p̄res vr̄i. Nolite obdurare corda Alia lr̃a.
vr̃a. ¶ †Queadmodū in illa amari- † Sicut in irrp
catiōe: ſcḋm diē tēptatiōis i deſerto. tatione.
Recolitis certe frēs ꝙ ille ꝓplus tēptauerit
deū: accepit diſciplinā: ⁊ rectus ſit i deſer-
to tanꝗ̄ ab optio ſeſſore frenis legū: frenis
p̄ceptoꝝ: nec ſit deſertꝰ: tñ a deo etiā indo-

mitus: nō ſolū bñficijs p̄ſentibus: ſed etiaꝫ
virga emēdatiōis nō deſiſtēte. Nolite ḡ ob-
durare corda veſtra: ſicut i amaricatōe ſm
diē tēptatiōis in deſerto. ¶ Ubi tēpta-
uerūt me patres veſtri: Jam tales nō
ſunt patres vr̄i: nolite eos imitari patres ve
ſtri erant: ſed ſi nō imitati fueritis pr̄es vr̄i
non erūt: tamē qꝛ de his nati eſtis: pr̄es vr̄i
erāt. Et ſi gentes veniētes ab extremo t're:
ſicut dicit Hieremias: Ad te gētes veniēt
ab extremo terre: ⁊ dicent: Uere mendacia
coluerūt patres veſtri: ſimulachra in quibꝰ
nō eſt vtilitas: ſi gentes dimiſerunt ſimula-
chra ſua: vt venirēt ad deum iſrl': quos ipſe
deus iſrl' de egypto p̄ mare rubrū duxit: in
q̄ inimicos eoꝝ cōſequētes operuit: quos i
deſertū eduxit: māna pauit: nunqꝫ vgā ſuā
ab eoꝝ diſciplina tulit: nunqꝫ bñficia miſe-
ricordie ſubtraxit: ipſi debent deſerere deū
ſuū: cū gētes venerit ad deū ipoꝝ: Ubi tē-
ptauerūt me pr̄es vr̄i. Probauerūt me
⁊ viderūt opa mea. Quadraginta an-
nis viderūt opa mea: quadraginta annis
exacerbauerūt me. Ante illos miracula in
manu Moyſi faciebāt: et ipi magi magiſqꝫ
Alia lra. corda obdurabāt. ¶ Quadragita an-
† offenſus. nis † primus fui generatiōi † huic.
† illi. Quia ē ꝓximꝰ fui: Preſentaui me i ſignis
⁊ virtutibꝰ meis. Nō vno die: nō duobꝰ: ſ
Alia lra. quadraginta annis ꝓximus fui generatiōi
† hi. huic. Et dixi ſemper † iſti errant † cor-
de: Hoc ſignificauerūt q̄draginta anni qđ
eſt ſemp. Quadragenariꝰ em̄ iſte numerus
indicat integritatē ſeculoꝝ: tanqꝫ pficiant'
ſecula p̄ hūc numerū. Jđo dñs q̄draginta
diebꝰ ieiunauit. Quadragita diebꝰ tēpta-
tus ē in heremo: ⁊ quadragita diebꝰ fuit cū
diſcipulis poſt reſurrectionē. Primis qua-
draginta diebus tēptationē: poſterioribus
q̄draginta diebꝰ cōſolationē oñdit: qꝛ cum
tēptamur ſine dubio cōſolamur. Corpꝰ em̄
eiꝰ: id ē eccleſia neceſſe ē tēptatōes patiat' i
hoc ſeculo: ſed nō deeſt ille cōſolator q̄ di-
xit: Ecce ego vobiſcū ſum vſqꝫ ad ꝯſūma-
tionē ſeculi. Et dixi ſp̄ iſti errāt corde: Ad
hoc cū illis fui q̄draginta annis: vt oſtēde-
rem genus tale hoim: qđ me ſemp exacer-
bat vſqꝫ in finē ſeculi: qꝛ p̄ illos q̄draginta
annos totū ſeculū ſignificare voluit. Quid
eſt ḡ: Pro illis nō erūt alij q̄ intrēt i requiē
dei: Improbati ſunt illi q̄bus diſplicuit mi-
ſericordia dei: q̄ reſtiterūt deo corde indu-
rato. Illis improbatis: nūquid pdidit deꝰ
pplm ſuū: Nō erit verū: Potēs eſt deus de

lapidibꝰ iſtis ſuſcitare filios Abrae. Ergo
dixi ſemp iſti errāt corde. ¶ Et iſti nō co-
gnouerūt vias meas: † quibꝰ iura- Alia lra.
ui i ira mea: ſi † introibunt in requiē † vt
meā. Quibꝰ iuraui in ira mea ſi introibūt † intrabūt.
i requiē meā: Magnus terror. Ab exulta-
tiōe cepimꝰ: ſed ad magnū timorē cōcluſit
pſalmꝰ iſte: Quibꝰ iuraui in ira mea: ſi in-
troibūt in requiē meā. Loqui dñm magnū
eſt: quātomagis iurare deū: Jurantē homi
nē debes timere: ne ꝓpter iurationē faciat
qđ contra voluntatē eius eſt: quātomagis
deū qui nihil temere iurare pōt. Jurationē
ad cōfirmationē voluit eſſe. Et p̄ quē iurat
deus: Per ſeipm. Nō em̄ habet maiorē p̄
quē iuret: p̄ ſeipm cōfirmat ꝓmiſſa ſua: per
ſeipm cōfirmat minas ſuas. Nemo dicat i
corde ſuo: verū eſt quod ꝓmittit: falſum ē
quod minat'. Sicut verū eſt quod ꝓmittit:
ſic certū eſt qđ minat'. Tā certus debes eſſe
de requie: de felicitate: de eternitate: de im-
mortalitate: ſi feceris p̄cepta ipius: qꝫ certꝰ
eſſe debes de iteritu: de ardore ignis eterni:
de damnatiōe cum diabolo: ſi cōtempſeris
precepta eius. Jurauit ergo illis in ira ſua:
ne intrēt in requiē ipius: et tñ oportet aliq̄s
intrare in requiem ipius. Non em̄ nulli de-
betur requies ipius. Illis ergo reprobatis
nos intrabimus: qꝛ et ſi aliqui ex ramis fra-
cti ſunt ꝓpter diſſimilitudinē ⁊ infidelitatē:
nos ꝓpter fidē ⁊ hūilitatē inſeremur. Nos
ergo intremus in requiē eius. Uñ aūt intra-
runt illi q̄ intrauerūt: Illi qui electi ſunt: q̄
nō corde obdurato reſtiterūt: qꝛ verū eſt qꝛ
nō repellet dñs plebē ſuā.

¶ Explicit Tractatus de pſ. XCIIII.

¶ Incipit Tractatus de pſ. XCV.

DOminus ⁊ frater meus Seuerꝰ ad-
huc differt leticiā noſtrā: de ſermōe
quem nobis debet: nam qđ debitor
teneat' agnoſcit. Oēs em̄ eccl'ias quacūqꝫ
trāſitū fecit: letificauit dñs p̄ os ipius: mul-
tomagis ḡ iſta letificāda eſt: de qua ceteris
eū dñs ꝓpagauit. Sed qd facturi ſumus:
niſi vt ſeruiamꝰ volūtati ipiꝰ: Differre illū
tamē dixi frēs: non fraudare. Itaqꝫ tenete
debitorē: nec dimittatis niſi cum ſoluerit.
Aduertat itaqꝫ caritas veſtra: quātū donat
dominus de iſto pſalmo dicamus aliquid:
qđ quidē iam noſtis: ſed dulcis eſt cōme-
moratio veritatis. Forte cū ꝓnūciaret' ti-
tulus eius cum admiratione aliqui audie-
runt. ¶ Inſcribit' em̄ titulus pſalmi. Qñ
domus edificabat' poſt captiuita-